ab Chalcide Delphos transferre ſtudet. Fortè dum in via iuxta antrum prætereunt, ingẽs draco, qui illic deliteſcebat, exiluit vim illaturus, niſi Apollo arcu ſtatim correpto, immiſsóque telo ſerpentem confeciſſet. Serpenti nomẽ erat Pytho, vnde Apollo Pythius dictus, & eius ſacerdos Pythia, & adiectiuum hinc Pythicus. Pythicam igitur Laurum accipe Lauream Pythiæ coronam, quam Pythius Apollo reſponſa daturus concutiebat, ſpiritu ex antro, & quod antea dixit, τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου, erumpente. κἀκεῖνος. ἢ ἐκεῖνος, ille etiam Phœbus tecum hoc ſcit, quod iterum ſim per te viſurus. Optaret Plutus, Iouem reformidans, ſibi, Chremylo, & Carioni tantùm hoc cognitum. ὁρᾶτε. Trepidè hoc, videte: di-

A cturus erat neſcio quid amplius, puta, ne fruſtra hoc ſuſceperitis, & hinc Iouem mihi infeſtorem reddideritis. Sed orationem eius Chremylus interrumpit. ὦ γαθέ. Synæreſis Attica, pro ὦ ἀγαθὲ, blandimentum eſt in hac voce. κἂν βούλῃ γ' ἐγώ. Sic diſpone, καὶ ἐγώ. ſcil. δρᾶ πράξω ταῦτα, ἂν βούλῃ γε. repete πρόθυμος εἶ) εἰς τὰ πράγματα. Ego etiam hoc ſpondeo vitæ meæ periculo. Ridicula cautio, quaſi pl° fidei ſit in ſeruo quàm in domino. χ' ἄτεροι pro κ' ἕτεροι. κ tenuis mutatur in χ aſpiratam conſonantẽ, propterea quòd ſequitur ε aſpiratum. Differentia quæ datur inter ἕτερος & ἄλλος, vt illud de duobus, hoc de pluribus intelligatur, aliquando, vt hic, cõfunditur. ὅσοις pro οἷς quibus, quòd boni ſint & iuſti.

B

Αὐτὸς δρᾶ πράξω ταῦτα. Καρ. Κἂν βούλῃ γ' ἐγώ.
Χρ. Πολλοὶ δ' ἕξονται χ' ἕτεροι νῶν ξύμμαχοι,
Ὅσοις δικαίοις ἔστιν οὐκ ἰῶ ἄλφιτα.
Πλ. Παπαῖ πονήρους γ' εἶπας ἡμῖν ξυμμάχους.
Χρ. Οὐκ. ἰώ γε πλουτήσουσιν ἐξ ἀρχῆς πάλιν.
Ἀλλ' ἴθι σὺ μὴν ταχέως δραμοῦ. Κα. Τί δρῶ, λέγε.
Χρ. Τοὺς ξυγγεώργους κάλεσον (εὑρήσεις δ' ἴσως
Ἐν τοῖσιν ἀγροῖς αὐτοὺς ταλαιπορουμένους)
Ὅπως αὐτίκ' ἕκαστος ἐνταυθοῖ παρῶν,
Ἡμῖν μετάσχῃ, τοῦδε τοῦ πλούτου μέρους.
Καρ. Καὶ δὴ βαδίζω· τοῦτο γὰρ τὸ κρέας δίον,
Τῶν ἔνδοθέν τις εἰσενεγκάτω λαβών.
Χρ. Ἐμοὶ μελήσει τοῦτό γ', ἀλλ' αὐτοῦ σε χρὴ
Σύδ', ὦ κράτιστε Πλοῦτε πάντων δαιμόνων,
Εἴσω μετ' ἐμοῦ δεῦρ' εἴσιθ'. ἡ γὰρ οἰκία
Αὕτη ἐστίν, ἰώ δεῖ χρημάτων σε τήμερον
Μεστὸν ποιῆσαι, κἠ δικαίως κἠ δίκως.

Ipſemet hæc conficiam. CA. *Et ego tecum, ſi lubet.*
CH. *Aderunt etiam alij adiutores plurimi,*
Qui, quòd iuſti ſunt, non habent quod eſitent.
PL. *Papæ, miſeros hos adiutores prædicas.*
CH. *Haudquaquam, ſi modò ij diteſcant denuò.*
Sed curre tu curriculo. CA. *quid faciam, cedo.*
CH. *Vicinos agricolas accerſe (reperies*
Ipſos fortè in agris, operi intentos ruſtico)
Vt hîc præſtò aſsient, & æquam quilibet
Eorum partem Pluti nobiſcum auferat.
CA. *Eo: ſed hanc carnem aliquis hinc intrò ferat.*
CH. Mihi hæc res curæ erit, tu curre celeriter.
At ô Deorum Plute præſtantiſsime,
Nunc tu huc mecum ingredere, quoniã hæc mea eſt domus,
Quam te hodiè oportet ditare, per fas & nefas.

C D

Σχόλια. Οὐκ ἰώ ἄλφιτα.] ἀντὶ οὐκ ἰώ χρήματα. ἀπὸ μέρους τοῦ παν. ἀπὸ γὰρ τῆς ἀλφίτων πολὺ περιουσίαν δηλοῖ. ἢ ἀπὸ τῆς προηγουμένου τοῦ ἑπομένου.

GERARDVS. Οὐκ ἰώ,] non ſunt, farinæ. volunt enim ἰώ pro ἐστὶ accipi. ἄλφιτα ſignificat τὸ ἑπόμενον ἀπὸ τῆς προηγουμένου. id eſt, quod ſequitur ab eo quod præcedit, vt per farinam panis ſignificetur. vel generaliter ad quemcunque victum porrigitur: quibus non eſt quod eſitẽt. Receptũ etiam eſt, nec multũ à ſuperiore differt, vt pars pro toto hac dictione ſignificetur, ſintque ἄλφιτα idem quod περιουσία χρήματα, res familiaris, facultates & bona. Tale eſt quod Græci dicunt, οὐδὲν πρὸς τ' ἄλφιτα, nihil ad farinas, id eſt, ad opes parandas.

Σχόλια Παπαῖ πονήρους εἶπας.] τὸ παπαῖ χειλιαστικὸν ἐνταῦθα. πονήρους ἤ, ὀλιγόνους, ἀτυχεῖς, ἀθλίους. ἢ τοὺς πόνους φρονιζόντας τοῦ πλουτεῖν, ἀπράκτους. ὡς φαμὲν πονήρως ἔχει τὰ πράγματα ἡμῖν. σημαίνει γὰρ νῦν τοὺς ὀλιγόνους.

GERARDVS. Παπαῖ.] Aduerbiũ hoc capite agitato proferendum, quo modo rem nobis non ſatis probari innuimus. Πονήρους.] Notant Grammatici verbũ πονηρὸς, ſi de homine miſero & afflicto dicatur primã acuere πόνηρος. Propterea putant hic legendum πονήρους γ' εἶπας. Si autẽ de improbo & malo, πονηρός. Inuenies tamẽ quãdoque πονηρὸς pro ἀθενὴς, vt tam latè pateat πονηρὸς quàm κακὸς, & quàm malus apud Latinos. De κακὸς dictum eſt ſuprà. Deinde certũ eſt Atticos communem accentuum formam faſtidire, cum pro λαβὲ dicunt λάβε, & anteà in verbo ἀλιγθες, obſcurum non fuit.

E

Σχόλια. Οὐκ.] ἰώ γε πλουτήσουσιν, οὐκ ἔξονται φησὶ πόνηροι καὶ ὀλίγοι ἅπαξ πλουτήσαντες. Πλουτοῦ ἀμεταβάτως, ἀντὶ τοῦ πλοῦτον ἔχω, καὶ πλουτῶ μεταβατικῶς πρὸς αἰτιατικὴν, οἷον πλουτῶ ἀρετὴν, καὶ πλουτῶ μεταβατικῶς πρὸς γενικὴν ὡς τοῦ λιβανίου. πλουτῶ ῥημάτων, ἤγουν ἕνεκα τοῦ ῥημάτων.

GERARDVS. Οὐκ. ἔξονται πόνηροι. πάλιν ἐξ ἀρχῆς, rurſus à principio, id eſt, vt prius. ob probitatem pauperiores factos notat.

BISETVS. Ἐξ ἀρχῆς πάλιν] ταῦτα δύο οὐκ παραλλήλου, ἀλλ' συνωνύμως λέγεται.

Σχόλια. Πάλιν] ὡς καὶ πρώην. Ἀλλ' ἴθι.] τὸ ἴθι ῥῆμα μόνον μὴ μέλλοντος μετοχικῶς συντάσσεται οἷον ἴθι ποιήσων τόδε. ὁπῥῆμα ἢ προσκελευσμαλικὸν, ἅπερ τὸ ἄγε, μὴ προσαλικῶς οἷον ἴθι ποίησον τόδε.

F

GERARDVS. Αλλ'.] excitandi vim habet ἀλλά. ἴθι, imperatiuum ab εἶμι τὸ πορεύομαι. Mirũ autem cur cùm dixerit ἴθι ταχέως, adiecerit δραμὼν, vt Carionem admoneret diligẽtiæ maioris. I citò currens, id eſt, quàm ocyſſimè, curſũ perniciſſimo. Eſt δραμὼν participiũ ab anormi verbo τρέχω. In aliis exẽplaribus legas μολὼν, ſignificatu nõ diſſimili. δρῶ, facio, præſenti vtitur pro futuro δράσω

G